2.

Excellentissimo D. MASCOVIO,
Fautori suo singulariter obseruando,
Ern. Sal. Cyprianus S. P. D.

Multum me tibi debere fateor, quod procrastinatione tua iampridem expetitum literarum commercium, quod, si non ingratum sit, tecum studiose deinceps colam, maturauit. Faciam autem, ut huius mihi praestiti officii eum nunquam poeniteat. Licebit ei Lipsiae commorari, quoad placuerit: nos nihilo minus ei et de statione apud nos gymnastica, et de Franckiano stipendio prospiciemus. Tu interim, pro generosa animi tui destinatione consuetudineque, hominem ornare ac tueri non desines, meque, tui obseruantissimum, tuarumque praeterea dotium inter primos admiratorem, amare perges. Scrib. languida manu Sonthusii prope Gotham, quo ob desperatam propemodum valetudinem delatus sum, XXVII. Aprilis CIↃ IↃCCXVIIII. [illegible], [illegible].